

# Notas, textos y comentarios

## Un parecer inédito del P. Gabriel Vázquez sobre la doctrina agustiniana de la gracia eficaz

Hace un año, al celebrarse el Centenario del nacimiento del P. Suárez, publicamos un parecer inédito del insigne teólogo granadino, en que contestaba a las quince proposiciones propuestas por el Papa Clemente VIII para sintetizar la doctrina agustiniana de la gracia eficaz<sup>1</sup>. Dicho parecer lo tomamos de un legajo de documentos, procedente del P. Esteban de Hojeda, que se conserva actualmente en la Biblioteca de la Universidad de Granada con la signatura Caja C 68.

En el mismo legajo se halla la respuesta dada a las mismas proposiciones por el P. Gabriel Vázquez. La editamos también a continuación, ya que este año se conmemora el nacimiento del gran teólogo de Cuenca.

El parecer de Vázquez se contiene en los fols. 4552r-454r de la paginación moderna, y 554r-556r de la antigua. Al margen del fol. 452 se nos anota: "*Respuesta del P. Gabriel Vázquez a 15 proposiciones, que su Santidad del Papa Clemente VIII propuso a los 6 de julio de 1603 para que en su presencia se disputasen. An scilicet sint doctrina Augustini. Estas proposiciones están en otro papel del P. Suárez, que está junio con éste post duo folia*". Como se ve, ambos pareceres, el de Vázquez y el de Suárez, pertenecen a la misma colección, es decir, a los papeles del Visitador P. Hojeda. Y ello más que nada garantiza su autenticidad.

Por otro lado, el hecho de existir así ambos pareceres juntos, nos inclina a creer, contra lo que insinuamos el año pasado, que las proposiciones propuestas por el Papa, como otros documentos de las célebres Controversias, circularon desde el principio por España, mandados allí desde Roma para pedir a los teólogos españoles de más prestigio su propio parecer sobre lo que se disputaba en la Ciudad Eterna. No es éste el único ejemplo que de ello tenemos.

El interés particular del documento que editamos está en darnos la visión propia de Vázquez sobre el pensamiento de

<sup>1</sup> EstEcl 22 (1948) 495-505.

San Agustín en materia de gracia eficaz. Se sabe la parte tan notable que tiene el Santo Doctor en las obras del insigne teólogo. Sin embargo, Vázquez no olvida ni por un momento la procedencia de las quince proposiciones. De ahí su constante tono polémico. Y eso explica también que la documentación agustiniana sea menor en el informe de Vázquez que en el similar de Suárez.

Para mayor facilidad del lector, insertamos el texto mismo de las proposiciones, que en la copia de Granada no se contiene.

[fol. 432r]

Circa quindecim propositiones a Sanctissimo Papa Clemente VIII nunc propositas, existimo non esse omnes absque explicazione concedendas; tum ut defendantur aliae, quae hactenus disputatae sunt circa librum P. Molina, tum etiam ut defendantur id quod in praecipua controversia Societas nostra contra Dominicanos assertit, sicut per singulas ostendam. Oportet autem meminisse eorum, quae ad viginti propositiones priores respondimus, explicantes doctrinam Augustini circa gratiam praevenientem et comitantem; quae hoc loco repetere non opus erit<sup>2</sup>.

[1.<sup>a</sup> *propositio*: Datur duplex adiutorium gratiae divinae: aliud sine quo aliquid non fit, et aliud quo aliquid fit.]

Prima propositio est Augustini libro *De Correptione et Gratia* cap. 12<sup>3</sup>, ubi concedit adiutorium per quod possit homo et sine quo non possit, et adiutorium in quo non tantum possit sed etiam velit, quod passim in schola efficax dicitur.

Verum advertendum est, ne ex parte huius auxilii efficacis, quatenus praeveniens est, aliquid aliud praeter congruentiam vocationis concedatur, cum nihil aliud Augustinus concedat libro 2 *ad Simplicianum* q.2; ubi etiam hoc duplex auxilium per congruam vocationem distinguit<sup>4</sup>.

[2.<sup>a</sup> *propositio*: Datur et duplex gratia, operans scilicet et cooperans.]

Secunda propositio non est in Augustino; colligitur tamen ex verbis eius. Ille enim nusquam appellavit gratiam operantem et cooperantem, sed dixit Deum in nobis gratis quaedam operari sine nobis, quaedam autem nobiscum<sup>5</sup>.

<sup>2</sup> Las famosas 20 proposiciones de Molina, que se discutieron largamente en Roma (cf. MEYER, *Historia controversiarum*, lib. 4), se encuentran también en el mismo códice, fol. 424r-426r. Vázquez alude a un informe suyo, contenido allí mismo en los fol. 430r-439r, del que dice al fol. 439v una nota de mano del P. Hojeda: "Excusat P. Gabriel Vázquez propositiones P. Molinae a nota censorum Romae tradita". Sobre este informe escribe Vázquez a Hojeda a 20 de junio 1601 que al día siguiente va a empezar a trabajar en su composición (fol. 428r) y a 4 agosto 1601 se lo envía (fol. 429r).

<sup>3</sup> *De Correptione et Gratia*, 12 34: (ML 44, 936).

<sup>4</sup> *De diversis quaestonibus ad Simplicianum*, 1, 2, 13: (ML 40, 118).

<sup>5</sup> *De Gratia et Libero arbitrio*, 17, 33: (ML 44, 901).

Dixit autem "sine nobis", non ratione alicuius praeviae applicationis physicae, sed ratione cogitationis [fol. 432v] congruae; quam sine nobis, hoc est sine nostro consensu, in nobis operatur. Videatur disp. 88 primae partis cap. 9, ubi explicatur illud "sine nobis".

[3.<sup>a</sup> *propositio*: Gratia Dei est, quod quis habet suasores ad bona.]

Tertia propositio est Augustini, libro 50 *quaestionum* q.23 a contrario sensu<sup>6</sup>. Nam quod quis non habeat suasorem ad malum, ibi tribuit gratiae Dei.

Sed videant nostri, ne hoc concedant ad singula opera moralia. Quia inde contra Molinam facile colligent, quod hactenus contenderunt adversarii, et in exponenda mente Augustini cum plerisque Dominicanorum re ipsa convenientia.

[4.<sup>a</sup> *propositio*: Datur gratia efficax secundum Augustinum. immo efficacissima; nec tamen per eam laeditur libertas arbitrii humani.]

Quarta propositio est Augustini in illis locis, ubi distinguit duplex auxilium gratiae.

Verum efficaciam huius gratiae nusquam tribuit Augustinus praemotioni aut applicationi, sed tantum congruae vocationi in quaestione illa *ad Simplicianum*. Manifestum autem est hanc congruentiam vocationis cum voluntate, ut consentiat, in sola cogitatione et nutu non deliberato voluntatis consistere. Et ita libro 2 *De peccatorum meritis et remissione* cap. 19<sup>7</sup> appellat hoc efficax auxilium certam scientiam et victricem delectationem; nec quidquam aliud ei tribuit.

[5.<sup>a</sup> *propositio*: Haec gratia habet suam efficaciam ab omnipotenti Dei et a dominio, quod sua divina maiestas habet in voluntates hominum, sicut et in cetera omnia quae sub caelo sunt.]

Quinta propositio, ut refertur, non invenitur in Augustino: sensum tamen verum habere potest secundum sententiam illius, et falsum secundum opinionem Dominicanorum.

Nam omnipotentiae Dei eatenus tribuitur efficacia gratiae, ut si velit, possit hominem ad se convertere, quatenus ei non desunt innumerabiles modi, quibus hominem vocare possit, ut inquit Augustinus quaestione illa 2 *ad Simplicianum*, loquens de Esau quem Deus, si voluisset convertere ad se, potuisset. Ad hoc autem non solum potentia Dei requiritur ab Augustino, sed etiam scientia infinita Illius, qua recte novit varios illos modos congruenter vobandi, quibus, si vellet, posset vocare ut re ipsa hominem ad Se converteret.

Si tamen haec efficacia gratiae reducatur in omnipotentiam Dei, quia Ipse possit praemovere voluntatem et applicare illam,

<sup>6</sup> No hemos logrado identificar esta cita.

<sup>7</sup> *De Peccatorum meritis et remissione*, 2, 19, 32: (ML 44, 170).

quam Dominicanii comminiscuntur determinare ad consensum, figura-  
mentum est [fol. 453r], nec in Augustino nec in ullo Patre funda-  
mentum habens. Praeterea modus movendi corda hominum longe  
diversus est ab eo, quo movet cetera naturalia omnipotentia sua.  
Nam cetera movet cooperando tantum cum formis, quas illis crea-  
tione ipsa dedit; homines autem excitando eorum voluntates me-  
diis cogitationibus congruis, prout ipse recte novit. Neque Augus-  
tinus usquam comparavit motionem hominum cum motione alia-  
rum rerum, praesertim agens de gratia contra Pelagianos et Semi-  
pelagianos.

[6.<sup>a</sup> *propositio*: Per hanc gratiam secundum Augustinum agit  
Deus omnipotens in cordibus hominum motum voluntatis  
eorum, faciendo ex nolentibus volentes, ex repugnantibus  
consentientes, ex oppugnantibus amantes.]

Sexta propositio est Augustini q.2 *ad Simplicianum* et aliis in  
locis<sup>8</sup>.

Verum explicatio illius est apud eumdem *epistola 107* post ini-  
tium et libro 1 *De Praedestinatione Sanctorum* cap. 19 circa me-  
dium<sup>9</sup>. Ut id faciat Deus ratione vocationis altae, congruae, et  
secundum propositum, At ratione praemotionis certe nusquam  
dixit. Id quod clarissime constat etiam ex illa q.2 *ad Simplicia-  
num*. Videatur disp. 88 primae partis cap. 7.

[7.<sup>a</sup> *propositio*: Hanc gratiam efficacem secundum S. Augusti-  
num infundit Deus in cordibus nostris per operationem  
Spiritus Sancti inenarrabilibus et occultissimis modis.]

Septima propositio est Augustini secundum quod attinet ad in-  
fusionem et secundum quod spectat ad mirabiles modos.

Verum quod dicit de mirabilibus modis, ita debet intelligi, ut  
Deus infinita scientia sua sciat innumerabiles modos, quibus cogi-  
tatio et vocatio congruere potest libero arbitrio, eosque omnino  
ignotos hominibus et ideo mirabiles, tam secundum se, quam ratione  
remotionis multorum impedimentorum, quae retardare possent  
voluntatem; quae quidem Deus removet, ut vocatio congruat ar-  
bitrio. Non autem ut Deus secundum illam applicationem vel pree-  
motionem exforqueat a voluntate consensum.

Et sane, si applicatione illa solum id fieret et in Deo non esset  
scientia conditionalis, qua nosset varios illos modos congruentiae  
vocationis cum arbitrio, sicut Dominicanii dicunt, perperam dixis-  
set Augustinus innumerabilibus modis Deum facere nos velle per  
gatiā suā; id enim uno tantum modo efficieret, nec omnino  
occulto, si recta ratione philosophica Dominicanii illum proba-  
rent.

Nam secundum Dominicanos non opus est congrua vocatione,  
quae variis et innumerabilibus illis modis a Deo infundi potest;  
sed quacumque vocatione, si ei adderetur applicatio illa et [fol.  
843v] praemotio, id fieri posset. Et ita unicus tantum modus esset,  
quo Deus faceret homines de non volentibus volentes.

<sup>8</sup> Cf. *Contra duas epistolulas Pelagianorum*, 4, 9, 26: (ML 44, 628);  
*De Gratia et Libero arbitrio*, 21, 42: (ML 44, 908).

<sup>9</sup> *Epistola 217 ad Vitalem*, 2, 5: (ML 33, 980); *De Praedestinatione  
Sanctorum*, 19, 39: (ML 44, 989).

[8.<sup>a</sup> *propositio*: Haec Dei gratia efficax secreta est secundum S. Augustinum.]

Octava propositio est Augustini *epistola 107*<sup>10</sup>. Intelligenda tamen est sicut praecedens, ut secreta dicatur quia modi, quibus vocatio congrua esse potest, secreti valde sunt et absconditi. Si autem esset illa applicatio, non esset secreta.

[9.<sup>a</sup> *propositio*: Haec Dei gratia efficax secundum S. Augustinum est praevia, non pedissequa; datur enim non quia voluntus, sed ut velimus. Atque adeo per ipsam efficit Deus nedium ut operemur, sed etiam ut velimus.]

Nona propositio est etiam Augustini<sup>11</sup> et simpliciter concedenda. Ceterum quod attinet ad illud "non pedissequa", explicatur iuxta alia quae dicta sunt pro defensione illius propositionis "faciens quod est in se, etc.". Quod vero spectat ad illud "sed etiam ut velimus", explicatur sicut sexta.

[10.<sup>a</sup> *propositio*: Effectus huius gratiae efficacis secundum S. Augustinum est certus et infallibilis.]

Decima est Augustini quaestione illa 2 *ad Simplicianum*, et Molina id numquam negavit. Ceterum per infallibilem effectum et certum non poset intelligi necessarium necessitate antecedente, sed consequente tantum, prout refertur ad scientiam Dei.

[11.<sup>a</sup> *propositio*: Haec gratia efficax secundum S. Augustinum nec inducit fatum, nec efficit propterea Deum acceptorem personarum, nec tollit praedicationem et correptionem; sed cum libertate humanae voluntatis optime consistit.]

Undecima propositio est Augustini contra Semipelagianos.

Verum ut ostendi 1.<sup>a</sup> parte disp. 91 cap. 17, Semipegaliani contra Augustinum contendebant inferre, ex eius sententia induci fatum et frustra esse correptionem; non quia ipse diceret esse necessariam applicationem illam et praemotionem ad consensum (hoc enim nusquam invenietur), sed quia diceret neminem converti sine illa gratia peculiari et vocatione congrua, quam Deus in nobis sine ullo bono initio ex nobis praecedente, sola sua voluntate tribueret.

[12.<sup>a</sup> *propositio*: Haec gratia efficax quod uni detur et non alteri, occultioris iudicii Dei est.]

Duodecima est aperte Augustini libro *De Praedestinatione Sanctorum* cap. 6<sup>12</sup> et aliis in locis citatis 4.<sup>a</sup> parte disp. 97 cap. 4. Verum efficax gratia explicanda est non ratione praemotionis, sed sicut in 4.<sup>a</sup> et 5.<sup>a</sup> propositione.

<sup>10</sup> *Epistola 217 ad Vitalem*, 2, 5: (ML 33, 980).

<sup>11</sup> *Epistola 217 ad Vitalem*, 5, 17: (ML 33, 985).

<sup>12</sup> *De Praedestinatione Sanctorum*, 6, 11: (ML 44, 968s).

[13.<sup>a</sup> *propositio*: Haec gratia est necessaria ad singulos actus.]

Decima testia est Augustini *epistola 106*<sup>13</sup>, et eam publice professus est Pelagius in Concilio Palaestino retractans contrariam. Quam retractationem probavit Augustinus in ea epistola, quamvis dicat Patres Palaestinos non recte ipsum Pelagium interrogasse de qua [fol. 454r] gratia id intelligeret.

Verum a nostris ita explicatur sicut tertia.

[14.<sup>a</sup> *propositio*: Haec gratia nullis nostris meritis redditur, sed gratuita bonitate donatur. Nullum enim nostrum bonum meritum illam, nec illius initium antecedit.]

Decima quarta est Augustini multis in locis libro *De Praedestinatione Sanctorum*<sup>14</sup>.

Sed ne contra P. Molinam (qui concedit illam propositionem "facienti, etc.") aliquid Augustinum docuisse concedere nostri vi deantur, explicent sicut antea explicarunt defendantes praedictam propositionem.

[15.<sup>a</sup> *propositio*: Donum perseverantiae est singulare Dei quod-dam donum, non omnibus commune, per quod fit ut perseveret in bono quis usque in finem.]

Decima quinta est Augustini libro *De Bono perseverantiae* multis in locis<sup>15</sup>.

Sed dum nostri concedunt peculiarem et maiorem gratiam in iis, qui perseverant, ne videantur contra P. Molinam aliquid dicere, explicent peculiarem hanc gratiam non provenire ex applica-tione illa et praemotione, sed ex congruentia cum arbitrio.

J. A. DE ALDAMA, S. I.

<sup>13</sup> *Epistola 186, 9, 33*: (ML 33, 828).

<sup>14</sup> *De Praedestinatione Sanctorum, 2, 3-6*: (ML 44, 961-964).

<sup>15</sup> *De Dono perseverantiae*, passim: (ML 45, 993-1034).